



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**De Rebus Iaponicis, Indicis, Et Pervanis Epistolæ
Recentiores**

Hay, John

Antverpiae, 1605

Excerpta Ex Qvadam Epistola P. Alexandri Valignano Ad R. P. Rectorem
Manilæ in Philippicis Insulis 18. Febr. 1591.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61204](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61204)

EXCERPTA EX QVADAM
 EPISTOLA P. ALEXANDRI
 VALIGNANO AD R. P. RECTOREM
 Manilæ in Philippicis Insulis 18. Febr. 1591.



Nihil noui accidit circa Christianas aut Societa-
 tis nostræ res, ab vltimis meis ad R. Vest. datis,
 de statu oppugnationis nostræ. Diuersa verò obsti-
 terunt à bello nata, cur non potuerim Meacum
 commigrare: sed iam sum in via, & in portu Frogo
 versor, qui 25 aut triginta milliaribus Meaco ab-
 est. Mecum proficiscuntur quatuor dynastæ Iaponiæ Roma reuer-
 si, & viginti Lusitani, incerti de susceptæ legationis successu, quia
 Quabacondono ad hoc vsque tempus parum animi & volunta-
 ris ostendit, in potestate nobis faciendâ Euangelium annuntiandi
 vel in Iapone commorandi. Nihilominus speramus hoc officio
 nostro, quod obimus, de rigore remissurum: quidquid accidat,
 confidimus in Dominum, futurum in fauorem & augmētum no-
 uæ eius Ecclesiæ; quod ad nos attinet, constituimus mori potius
 quàm eam deserere. De futuro successu R. V. certior fiet.

Hh 3

LIT-